

libellum mihi perlegendum tradidit, quo tota tempeftatis illius inauditae, Vrbi Olsnae, itaque Typographeo Iudaeorum c), quod hac in Vrbe fuit, perquam infestae, historia continetur, quique est idem, ex quo quotannis per totum ducatum Olsnensem, eumque Euangelicum, & alibi, die Aegidii, uel die sexta hebdomadis, in quam ea incidit, uel hebdomade fequente, in Aedibus facris sacro coetu historia haec Tragica praelegi solet. Attonitum me, fateor, factum inter legendum, iudicia Dei ἀνεξέπευνητα, extremis huius mundi temporibus pacto tam stupendo conspicua, ualde miratus, simul uero longanimitatem ipsius incredibilem deuotissima mente ueneratus, in partem gentis exercitam, quae apud Vatem a Dei Numine dudum male audiuit. Immo tot tantorumque malorum uulneribus Typographos Iudaicos eorumque socios, uel potius ciues, iure talionis uel ideo percussos, quod in Commentationibus Codici huic, uel interfertis, uel subiectis, gloriae nostri Seruatoris Innocentissimi grauissima conuitorum infinitorum d) uulnera inflixerint conui-

c) Typographeum hoc Iudaicum, Olsnae circa annum seculi XVI trigesimum fuisse instructum, ex Codice Typographorum Iudaicorum Ebraeo, ex parte adhuc superstite, liquet. Quo autem modo id fieri potuerit, cum anno huius seculi V in aeternum Vrbe & Ducatu Olsnensi eiectos esse Iudaeos, in dissertatione hac nostra probauerimus, difficulter admodum affe-  
 quor. Nihilo fecius tamen uerba, quae IO. IAC. SCHVD-  
 TIVS in Memorabilibus Iudaicis Continuatis P. I. L. V. cap.  
 IX. p. 272. simillima occasione effatur, omnia mea facere nol-  
 lem, allegato tamen loco perlegenda.

d) Abhorret animus a recensendis his Apellarum conuitiis, quibus Seruatoris nostri gloriam atrocissimum in modum conspurcare nituntur, in Magistratus illius Christiani elogia potius intentus, qui, quo tam detestando malo ponatur obex, legibus cauit, ut nullus a Iudaeis liber formis exscribatur, nisi antea a censoribus linguae ebraeae peritissimis perlectus, ab iis, quae minus to-  
 leranda, purgetur. Haec & causa fuit, cur Philippus Erne-  
 rus